



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

An ex vi iustitiæ distributiæ ad restitutionem quis teneatur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

Bernard quem Dd. sequuntur, censet, presentatū à maiori patronoru parte, si idoneus & dignus sit, ab Episcopo instituendū esse omnino, etiam si presentatus à minori patronorum parte dignior sit. Item adnotarunt Imol. & Card. in d. elem. plures. 4. col. 2. §. in q. 1. de iure patronat. Panorm. in c. cum autem de iure patronat. Nec in hoc casu potest Episcopus dignorem instituere: cum is vere presentatus non sit, sed potius alter, qui maiore patronū partem, eiusque suffragia habuerit. quod & iuniores fatentur ita ut à me nuncupatim citandi. At si plures fuerint Episcopo presentati ab vno eodemq; patrono, vel æquali patronorum suffragio, tenetur Episcopus etiam in foro iudiciali, digniorē instituere, alioqui ab eo poterit dignior appellare, & eo appellante institutio reuocabitur, secundum Abb. in d. c. cum autem. Rochem Curt. in tract. iuris patron. in verb. honorificum. q. 13. Imol. & Card. in d. elem. plures. 4. col. in prin. quibus suffragatur text. in cap. si forte. 63. dist. 1. qui tamen in eo sensu accipiendus est, vt Episcopus teneatur secundum rectitudinis tramitem, digniorem Ecclesiæ praticere: alioqui male vtatur Episcopi officio. Sed si idoneū contempto digniori elegerit ad sacerdotiū, non sequitur inde, eam electionem aut institutionem reuocandam fore: qua ratione contraria sententia placuit Host. Cardin. Ioan. And. Anton. & Card. in d. c. cum autem. Phil. Franc. in d. c. constitutus. post glof. 3. Dec. in cons. 129. col. 1. Cesar Lambert. de iure patron. 2. lib. par. 2. q. 7. art. 26. & 3. par. q. 5. art. 2. quoru sententia mihi, ni fallor, magis communis est, atque ita Dec. in d. cons. 129. col. 1. expressim profiteretur.

Igitur iura humana maiorem ad tranquillitatem Reipublicæ, ne tot lites super his prælacionibus tractarentur, statuerunt, electionē, collationem, & institutionē sacerdotiorum validas esse, nec debere in discrimen reuocationis adduci ob eam causam, quod dignior fuerit prætermisus electo digno. Etenim si locus esset contrariæ opinioni, & electiones istæ hac ratione possent reuocari, nulla in Ecclesiastica repub. electio fiet, quæ litibus & cōtrouersis maxime perniciosis non vexetur. is vero, qui dignum elegerit, eive sacerdotiū, aut munus publicum contulerit, prætermisso digniori, planè peccatum committit, & perpensa qualitate mortale quidē: quippe qui teneatur digniorem præficere: sicuti communi omnium consensu extat adnotatum in d. c. constitutus. vbi Panorm. & Rochem de iure patron. in verb. honorificum. q. 15. Ludouic. Gomez. in c. 2. de cons. in 6. nu. 22. probat text. in d. cap. licet ergo. & tradidit eleganter Thomas. 2. 2. q. 63. art. 1. & quæst. 185. art. 3. & quodlib. supra citatus. Caiet. in commentariis ad Thom. Flor. 2. part. tit. 1. c. 20. §. 1. Ioan. Maior in 4. sentent. dist. 1. 24. q. 8. & 9. Hadrian. in d. c. quia iam determinatum est. conclus. 1. Syluest. d. quæst. 16. Ioan. Lup. in d. §. 26. nu. 12. Caiet. in summ. verb. acceptio. & in ient. aculo 12. quæst. 4. Domin. Sor. in d. q. 6. art. 1. conclus. 9. Cesar Lambert. de iure pat. d. q. 10. art. 3. rursus Caietan. in 2. 2. q. 62. art. 2. Hæc opinio instruitur fortius. Nam vel hæc publica munera conferuntur, vt onera Reipublicæ, qua priuati ad eius ministerium subire tenentur: vel, vt bona, & honores ipsius communitatis, quæ inter priuatos eidē subditos cōmunitati distribuenda sunt. Priori quidē casu peccat rector cōmunitatis, quia non seruat in ipsius regimine illā iustitiæ, & rectitudinis rationē, qua vti debet erga ipsam Reipub. tenetur enim digniorē muneribus publicis præficere. text. in d. c. licet ergo. c. vnicō. vt eccles. benef. c. vlt. §. in 1. q. 1. D. August. super illud Iacob. 2. Fratres mei nolite habere in acceptionem personarum fidem Iesu Christi, inquit: Quis ferat eligi diuitem ad sedem honoris Ecclesiasticæ gloriæ contempto paupere instructiore & sanctiore? Posteriori autem casu peccat Princeps cōmunitatis aduersus iustitiam distributivam, iuxta quam tenetur Reipublicæ honores, bona subditis distribuere, & impertiri secundum cuiuscunq; dignitatē, vt dignior digno, melior bono in his adsequendis præferatur, inquit sane Aristot. lib. 5. Ethic. cap. 3. Ius enim, quod est in distributionibus pro dignitate quadam esse oportere, omnes fatentur: dignitatem autem non esse, eandem omnes asserunt. Hæcenus Aristot. quibus tandem hæc sententia satis firmis rationibus & autoritatibus probata manet.

Dignior verò in hac quidem disputatione non simpliciter dicitur ille, qui doctior sit, vel qui sanctior: sed is, qui iuxta munus, & rem, cui præficiendus est, aptior eius ministerio apparet: siquidē quandoque qui sanctus vir, virtuosus, & bonus est, ac præterea diligentior ad curam, præferendus est viro sanctiori, qui non ita diligens est: eaque ra-

tionem non ita aptus, sicuti prior administrationi eius ministeris, cui est præficiendus. quod diuus Thomas, ac ceteri patrum & eruditionem: nam frequentissime, qui doctior est, non ita conuenit muneri publico, sicuti alter, qui doctus est, & doctrinam habet satis sufficientem ad munus, quod ei conferitur. quæ verò exigantur, vt quis sufficienter administrationi dignitatum Ecclesiasticarum, & sacerdotiorum, tradit text. & ibi Doct. in cap. cum in causis de iust. glof. in c. pen. de preb. omnium latissime Cesar Lambert. de iure patron. 2. lib. 1. part. 10. q.

Ex his autem, qua modo explicuimus, satis euidenter constat, digniū & idoneū, cui munus publicum collatum fuerit, prætermisso digniori, non tantum in foro iudiciali, sed & conscientia iudicio tutum esse, ac posse iustissime, & sine peccato munus id possidere: tametsi qui eum præterierit sacerdotio, peccauerit etiam mortaliter: quem admodum censent Scotus & Richard. in 4. dist. 15. & Ioan. Maior in 4. q. 8. & 9. Caiet. in 2. 2. q. 185. art. 7.

Secundo probatur ex præmissis, electionē factam prætermisso digniori, si dignus electus fuerit, valida esse, nec reuocari posse, etiam si electores iuramentum de digno eligendo præstiterint. hoc etenim iuramentum pertinet ad perturij crimen, si electores existimantes, quenda ex candidatis dignitatem postulantibus, aut qui ad eam eligi poterant, digniorem esse, to prætermisso, alterū etiam digniū elegerint: non tamen ob id electio nulla est, nec debet reuocari. quod expressim voluit Chofmas in pragmat. sentent. de electionibus. §. ego N. in verb. vtiliorem. & inibi Philipp. Prob. ad additionib. num. 6. Ioan. de Seta. 3. part. de beneficio. q. 27.

Tertio planè ex prædictis deducitur, Episcopum, qui iure Pontificio tenetur clericum presentatum à patrono ad beneficium ecclesiasticum instituere, modo is dignus & idoneus sit: sicuti satis expressim est sub rubrica de iure patron. minime peccare: nec crimen aliquod etiam quoad animæ iudicium contrahere, si dignum à patrono presentatū instituerit, prætermisso digniori, quem patronus non presentauerit, potuisset tamen ad institutionem Episcopo exhibere, & instituendū offerre: cum Episcopus idoneum & digniū à patrono nominatū secundum canonicas sanctiones non potuerit non instituere: ideoq; nullam contrahit culpam ita sanè in specie adnotatur Caiet. in summ. 4. in verb. beneficium ecclesiasticum. & Ioan. Maior in 4. sent. d. q. 8. & 9.

Quarto eadem ratione, qua paulo ante prænotauimus, examinandum est, quod Cesar Lambertinus in tract. de iure patronat. lib. 2. 1. part. quest. 10. art. 3. num. 17. scribit, existimans, quod patronum non obligari, nec teneri ad presentandum digniorem, sed satis esse, si dignum presentet, vt liber sit ab omni culpa. textus optimus in cap. monasterium. 16. quæst. 7. qui probat, patronum posse nominare quem voluerit, modo is malus non sit, & nominato deberi ab Episcopo institutionem. Etenim hæc opinio apud me falsa est: Nam licet presentatio patroni, quoties dignus ab eo nominatur, valeat, sitque ab Episcopo admittenda: non ex hoc sequitur, patronum non presentantem digniorem, immunitem esse culpa peccati in animæ iudicio contrahenda: siquidem tenetur patronus, cui Pontificiæ constitutiones ius hoc debent, inquirere diligenter, qui sint ad sacerdotia digniores: eos Episcopis exhibere, vt ipsis beneficia iuris patronatus conferantur, secundū Frederic. cons. 95. non obstat text. in c. monasterium. Nam is eum sensum habet, vt sufficiat à patrono presentari, & nominari dignum, prætermisso digniori, ad effectum valida nominationis: non tamen ad excusandū à peccato ipsum patronū, qui digniorē potuit nominare, vel fat erit, dignum ab eo nominari: cum dignior non reperitur præmissa mediocri ac diligenti nominandi inquisitione.

Quinto hinc aperitur, quoniā modo sit intelligendum, quod Ioan. Maior in d. q. 9. artic. 5. asseuerat scribens, Ecclesia ab aliquo constructa, doteq; congrua eius ministris constituta, cū ea lege & conditione, vt ad Ecclesiæ ministeriū electio, nominatio, & presentatio fiat ex certo genere personarū, vel ex influentis familia: semper digniorē à patrono nominandū fore, vt eū Episcopus instituat: & clausulam a primo institutore additā, tunc obseruandā esse, cum plures sint dignitate æquales: quod quidē casu locus erit gratæ, & libere nominationi. Nā si Ioan. Maior sensu digniorē eligendū esse ex genere personarū à primo institutore Ecclesiæ

...ipiciam nominato: eius sententia vera quidem est: ...que ita patronus sub mortalis culpa reatu inspecta mate...

...Secundo illud non est in hac disputatione pretermittendū, ...quoniam eius causa hæc tradiderimus, an eligens dignū, p...

...Præterea qui obligatur ex bonis cōmunitatis mihi dare centū, nec det, eū ea dare possit, planē...

...Eandem denique opinionem tenet idem Caiet. in summa, in ...verbo accipio, cui accedit, quod scribit Thom. 2. 2. quest. 62. ar...

...Verum Hadrian. in 4. sem. in tract. de restitutione. in c. quia iam ...datur, naturā est, contrariam sententiam proponit, constan...

...quod est commune, alio modo id, quod est propriū. Deinde Princeps aut Prælarus, ...conferens digno, prætermisso digniori, publicum munus...

...quod est commune, alio modo id, quod est propriū. Deinde Princeps aut Prælarus, ...conferens digno, prætermisso digniori, publicum munus...

...quod est commune, alio modo id, quod est propriū. Deinde Princeps aut Prælarus, ...conferens digno, prætermisso digniori, publicum munus...

butiua: sed à commutativa, quod diuus Thom. asserit in 2. 2. ...q. 62. art. 1. in corpore questionis igitur non tenetur Reipub...

...difficilis est responsio: & tamē quoties præcipue agitur ...de bonis cōmunitatis distribuendis in eos, qui cōmunitati...

...Septimo hæc in parte se offert executiunda quedam Ioan. ...Lupi sententia: is, inquam, in repet. cap. per vestras. 3. nos. §. 26. in...

...idem conatur persuadere Ludou. Gomez. in cap. 2. de const. in ...6. n. 23. eā verò non posse iure probari crediderim, quòd pa...

...idem conatur persuadere Ludou. Gomez. in cap. 2. de const. in ...6. n. 23. eā verò non posse iure probari crediderim, quòd pa...

...idem conatur persuadere Ludou. Gomez. in cap. 2. de const. in ...6. n. 23. eā verò non posse iure probari crediderim, quòd pa...

...idem conatur persuadere Ludou. Gomez. in cap. 2. de const. in ...6. n. 23. eā verò non posse iure probari crediderim, quòd pa...

...idem conatur persuadere Ludou. Gomez. in cap. 2. de const. in ...6. n. 23. eā verò non posse iure probari crediderim, quòd pa...

...idem conatur persuadere Ludou. Gomez. in cap. 2. de const. in ...6. n. 23. eā verò non posse iure probari crediderim, quòd pa...

...idem conatur persuadere Ludou. Gomez. in cap. 2. de const. in ...6. n. 23. eā verò non posse iure probari crediderim, quòd pa...

...idem conatur persuadere Ludou. Gomez. in cap. 2. de const. in ...6. n. 23. eā verò non posse iure probari crediderim, quòd pa...

...idem conatur persuadere Ludou. Gomez. in cap. 2. de const. in ...6. n. 23. eā verò non posse iure probari crediderim, quòd pa...

...idem conatur persuadere Ludou. Gomez. in cap. 2. de const. in ...6. n. 23. eā verò non posse iure probari crediderim, quòd pa...

...idem conatur persuadere Ludou. Gomez. in cap. 2. de const. in ...6. n. 23. eā verò non posse iure probari crediderim, quòd pa...

...idem conatur persuadere Ludou. Gomez. in cap. 2. de const. in ...6. n. 23. eā verò non posse iure probari crediderim, quòd pa...

...idem conatur persuadere Ludou. Gomez. in cap. 2. de const. in ...6. n. 23. eā verò non posse iure probari crediderim, quòd pa...

ent, quod si dolo facta fuerit, eius opinio apud me dubia est. Nec his de legibus civilibus in tracta. prohibentium liberam testandi voluntatem statutis, quidquam agitur, cum illæ præter illam damni restitutionem pœnales sint.

§. OCTAVVS.

De venatione, & captorum restitutione.

S Y M M A R I A.

- 1 Venatio in possit per principem, aut iudicem inferiorem in locis publicis prohiberi.
- 2 Venatores acquirunt animalia, qua nullius propria sunt, etiamsi venatio fuerit iusta ex causa prohibita.
- 3 Clericus qui venatur contra Canonis prohibitionem, acquirit animalia, qua venatus fuerit.
- 4 Capta per venationem à iudice prohibitam, non sunt in animæ iudicio restituenda.
- 5 Venator ingrediens frondum, domino prohibente, non acquirit sibi feras, quas accipit. Et num. 9.
- 6 Instinctus Regie legis 1. tit. 28. par. 3.
- 7 Simonia qualiter impediat acquisitionem beneficii ecclesiastici, quod simoniaci collatum sit.
- 8 Collatio beneficii facta simoniaci ignoranti, an tenet ipso iure.
- 9 Quis de eo, qui à Romano Pontifice habuit beneficium per simoniam cum ipsomet Papa consentiam.
- 10 Instinct. lib. 1. quæstio 1. ff. de diner. Et temp. præscrip.
- 11 Prohibentes venationem, Et venatores, tenentur restituere damnum illatum alienis agris.
- 12 Pastura, Et venationis interesse etiam dari potest.
- 13 Fera ab uno percussis, Et ab alio capta, cuius efficiatur.
- 14 Venator tenetur restituere in omnia iudicio animalia per venationem capta, qua propria erant alterius.
- 15 Interpretatio l. 3. §. item feras. ff. de acquir. poss.

Quimoquarto ab eadem radice procedit restitutionis obligatio, quæ inquiri solet in his, quæ per venationem acquisitionem à priuatis acquiruntur, præsertim in locis ubi venatio aut pascuata vetita est. Cuius questionis examen & illam exigit, an iuste possit venatio per Principes prohiberi? Et quibusdam visum est, non posse à Principe venationem iuste prohiberi. Qui vero huic opinioni subscribere, ea ratione mouentur, quod Princeps non possit ea, quæ sunt iuris gentium, & naturalis, tollere. §. sed naturalia eadem. Instinct. de iure naturæ. gen. Et civilis textus in princip. §. distim. Et cap. vltim. distim. 6. Huius verò iuris naturalis & gentium propria est venandi libertas, igitur per Principem tolli nequit. Consequens manifeste patet. minor autem argumentationis pars probatur in l. 1. §. 3. in l. quod in litore. ff. de acquir. rerum domin. §. feras. Instinct. de rerum diuisio. l. 1. in princip. ff. de acquir. poss. quibus etiam constat, in his, quæ nullius sunt, natura ipsa dominium acquiri per priorem occupationem, cuiusmodi sunt feras, volucres, pisces, & similia his animalia. Idem probatur in l. 16. tit. 28. Partia 3. Etenim summus Deus omnia animalia creauit in hominum vsum, & cibum, Genes. cap. 1. Quod & ex Chrylippo Cicero docuit lib. 3. de pascuis. cumque hæc animalia communia ipsa natura fecerit plane licet per eandem naturæ legem cuiuslibet primo capienti, ea sibi acquirere, sicuti Iurisperiti adnotarunt, & præter hos lib. 1. de Offic. inquit Cicero, similisque est priuatorum possessionum descriptio. Ex quo, quia suum cuiusque sit eorum, quæ naturæ fuerant communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat. Hæc Cicero. Sic Aristoteles lib. 1. Politic. cap. 5. venationem inter antiquissima vitæ genera retulit. Atque ita venationem per Principes prohiberi non posse, voluerunt Hostiens. Ioan. And. Card. & Anton. in cap. non est. de decimis. Decius cons. 197. & consil. 271. Matth. Afflic. in consil. Neap. lib. 3. tit. 1. num. 9. text. optimus. in cap. 1. §. nemo reia. de pascuis. & eius violat. idem tenent Gulielm. Benedic. in cap. Etenim de testamento. in verb. & uxorem nomine Adelsam. num. 868. cum sequentibus. Andreas Tiraquellus de nobilitate. cap. 37. nu. 140. Thom. Grammat. decis. 76. n. 9. Rebuff. in l. mica. C. de venat. feras. lib. 11. Stephan. Bertran. cons. 255. lib. 1. nu. 8. Iacobin. à Georg. in tract. de feras. §. cum venationibus. Chassan. consuetud. Burgund. rubric. 13. §. 7. & Taf. consil. 119. lib. 4. quo in loco scribit, hanc sententiam communem esse, & licet in contrarium possit induci text. in d. §. nemo reia. tamen iuxta quorundam interpretationem hanc partem probat, dum in eo, ne pax violetur, prohibita est venatio, qua non fiat ad vrsos & apros capiendos. Nihilominus utcumque illa constitutio accipatur palam significat, posse ex causis variis à Principe venationem prohiberi. sic etenim in ibi adnotare videntur Mar-

tin. Lauden. & Cardin. Alexand. cæterique Doctores, idemque tenuerunt Rebuff. Stephan. Bertrand. Chassan. Thom. Grammat. Gulielm. Benedic. num. 869. Andreas Tiraquellus, ac fere omnes paulò antè citati, & Boër. in consuetud. Buricens. tit. de consuetud. pradiorum. §. 5. qui fatentur, ex causa iusta venationem prohiberi posse, quibus ad stipulatur gloss. in cap. qui venatoribus. 66. distim. & ibi Cardin. à Turre Crem. Caietan. in tract. 17. questionum. cap. 12. Ioan. à Medina de restitutione. quæst. 12. & Dominic. Sot. lib. 4. de iustit. & iur. quæst. 6. artic. 4. vnde plures Regiæ constitutiones ex variis causis prohibentes in locis publicis venationem, iure & rectitudine iustitiæ defenduntur. Nam & Ioan. Faber in §. flumina. Instit. de rerum diuis. licet contendat, Principibus inferioribus non competere ius prohibendi venationem, id tamen proprium esse Principis supremi, manifeste fatetur. Nec dubio, hæc posterior sententiam itidem frequentiori Dôctorum calculo receptam esse, atque inde colligitur, non admodum inter se Doctores hac in re dissidere. Illud verò prætermittendum non est, eam rationem, qua contra prohibitionem venationis nostrates vtuntur, incongruam, ac fragilem esse, minimeque aptam huic disputationi. Nam licet iure naturæ omnia sint re ipsa communia, possunt tamen à Republica, & Principibus, qui eorum, quæ in nullius bonis sunt, dispensationem habent, quædam priuatis ita concedi, vt in posterum ea priuata, non communia sint. §. singulorum. Instit. de rerum diuis. l. 1. ff. de acquir. rerum domin. etiam absque corporali occupatione, quod Caietan. concedit in d. cap. 12. Ad hæc facit, quod sicut occupatio rerum, quæ nullius sunt priuatis, iure naturali efficit illud, quod prius commune erat proprii ipsius occupantis, l. 1. ff. de acquir. poss. cuius modò mentionem fecimus, ita ipsa Respublica, eiusve rector poterit, quæ communia prius erant, nulliusque in bonis habebantur, in priuatum iure dominij transferre. Iure siquidem naturali omnia fuere ab initio communia, & tamen humana lege facta est rerum distinctio inter priuatos, postquam distinctionem non licet cuiquam occupare dictam rem, & alicui priuata lege humana additam: sicuti eleganter tradit Conrad. in lib. de contrasib. q. 10. Et seq.

His accedit, quod humana lex vel Princeps facere potest vt dominium rei priuata, quæ dominum habet, absque traditione transferat in alterum ipsius domini consensu, qui exigitur ad tollendam iniuriam, l. vltim. C. de sacrosanct. eccles. l. raptors. C. de episcop. & cleric. notatur in l. traditionibus. C. de pascuis. ergo earum rerum, quæ nullius sunt, & Principibus dispensationi subiacent, poterit Princeps dominium absque apprehensione corporali in priuatum transferre. Hinc etiam, constat, Principem posse harum rerum, quæ cõmunes sunt ex causa occupationem priuatis interdiceret, & sic venationem ipsam prohibere. Ad rationem autem responderet, feras, volucres, & cætera animalia iure naturæ non esse communia positiuè, & affirmatiuè, quia omnium propria sint communis domini causa: Sed negatiuè, quia nullius sint, & iure naturæ nulli sint applicata, secundum Thomam 1. 2. q. 94. art. 5. & Caiet. d. e. 12. idcirco lex humana potest ea vni potius, quam alteri ex causa concedere. Ex quibus inferitur, venationem iure naturali omnibus permissam, ex variis causis posse per Principes prohiberi, quemadmodum authores proxime citati fatentur, & præter eos Syluest. in verb. venatio. Hæc denique collectio, seu argumentatio parum valida est: Hoc est iure naturali permissum: ergo per legem humanam prohiberi non potest. cum multa sint iure naturali licita, quæ inspecta Reipublicæ utilitate, & iuxta æquissimum communitatis regimen per legem humanam prohiberi possunt. Quod si ita argumentemur: Hoc est iure naturæ prohibitum, ergo lege humana per mitti non potest, valida omnino est, & firmissima probatio.

Igitur Princeps habens potestatem legis condendæ, venationem prohibere ex variis causis poterit, secundum omnes. Inferior autem à Principe iurisdictionem habens, idem agere poterit ad tempus aliquod, & ex causa iustissima, non quidem per legem, quam statuere non valet, sed per edictum. Perpetuo vero non potest Princeps, qui superiorem habet, prohibere venationem, nisi ius id per immemorabilem præscriptionem legitime acquirat. quod sentiunt Ioannes Andr. Anton. & alij, quorum memini sum superius, atque ex Theologis Caietan. in summa, in verb. venatio. quæ quidem præscriptio cautè est recipienda; & seruanda in iudicio exteriori, item & in conscientie foro.

